

F Ag. 2. lin. 12. habet at, leg. *lebrati*, pag. 17. lin. 8. nequam, leg. *nequaquam*, pag. 57. col. 1. lin. 1. 7. Cœlestis, leg. *Cœlesti*, pag. 101. col. 1. lin. 1. gratias, leg. *Garcias*, pag. 107. col. 1. lin. 1. v. facietur, leg. *averfaretur*, pag. 171. col. 1. lin. 14. fatuem, leg. *fatue*, pag. 201. col. 2. lin. 33. arcanis, leg. *arcanis*, pag. 209. col. 1. lin. 16. gignunt, leg. *gignunt*, pag. 320. col. 2. lin. 41. doctore, leg. *delore*, pag. 431. col. 2. lin. 13. utitur, leg. *utitur*, pag. 520. col. 1. lin. 12. ergo, leg. *ergo*, pag. 541. col. 1. lin. 47. aliquando, leg. *aliquando*, pag. 601. col. 1. lin. 15. abrenunciatis, leg. *abrenuntiam*, pag. 620. col. 1. lin. 46. virabilis, leg. *mirabilis*, p. 635. col. 1. lin. 48. adentum, leg. *ademptum*, pag. 648. col. 1. lin. 4. modicus, leg. *modicu*, pag. 679. col. 1. lin. 50. differentia, leg. *discurrentia*.

Hoc opus, demptis his mendis suo exemplari respondet. Matrili die 2. Martij ann. 1743.

Lic. D. Emmanuel Licardus de Ribera,
Corrector generalis à S. R. M.

S U M A D E L A T A S S A.

T Assaron los Señores del Consejo Real de Castilla à seis maravedis cada pliego de los de este Libro, que son ciento y setenta y siete y medio, sin principios, ni tablas, como consta de la Certificacion de Don Miguel Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, y fu Escrivano de Camara mas antiguo. En Madrid à 9. de Marzo de 1743.

T A U T O L O G I A P R I M A.

Job. 14. v. 1. *Homo natus de muliere.*
Ioseph, qui natus est homo. Eccli. 49. 17.
Filij hominum. Psalm. 4. v. 3. & saepe alibi.
Filiam feminarum. Daniel 11. 17.
Filla matris tuae es tu, & soror sororum tuarum. Ezech. 16. 45.
Matrem tuam, qua genuit te. Ierem. 22. 26.
Matrem filiorum. Psalm. 112. 9.
Filia patris. Eccli. 42. 9.
Filius sui patris mei. Prov. 4. 3.
Patrem tuum, qui genuit te. Ibid. 23. 22.
Fratres tui, fratres tui. Ezech. 11. 15.
Hircum de capris. Levit. 4. 23. Iudic. 13. 15. 1. Reg. 16. 20. 1. Esdr. 6. 17. & usquequaque.
Vaccam boum. Isai. 7. 21.
In tauro de bobus. 2. Paralip. 13. 9.
Arietem de ovibus. 1. Esdr. 10. 19. Psalm. 64. 14.
Agni ovium. Psalm. 113. 4.
Ovile ovium. Ioann. 10. 1.

T A U T O L O G. II.

Job. 19. v. 27. *Quem visuras sum ego ipse (& oculi mei conspecturi sunt) & non alius.*
Surrexit Dominus verè. Luc. 24. 34.
Resurget in resurrectione. Ioann. 11. 24.
In resurrectionem vita. Ibid. 5. 29.
Resurgens ex mortuis. Rom. 6. 9. 1. Petr. 1. 3.
Mortuos suscitavit. Matth. 10. 8.
Ad resurrectionem, qua est ex mortuis.
Hb. 11. 3. 11.
Suscitans suscitabis. Habac. 3. 9.
Suscitavit me, quasi virum, qui suscitatur à somno suo. Zachar. 4. 1.
Dormivi, & soporatus sum. Psalm. 3. 6.
Dormierunt somnum suum. Psalm. 75. 6.
De dormitione somni. Ioann. 11. 13.

A P P A :

T A U T N C O G. III.

Psalm. 3. v. 5. *Voce mea ad Dominum clama- vi: & alibi saepe.*
Ad ipsum ore meo clamaui. Psalm. 65. 174
Vociferabitur & clamavit. Isai. 42. 13.
Vocem verborum. Hebr. 12. 19.
Audivi vocem loquentis. Lzech. 2. 1.
In loquela labij. Isai. 38. 11.
Qui loquitur lingua. 1. Cor. 14. à 2.
Psallentes in vocibus suis. Eccli. 50. 20.
Sonet vox tua in auribus meis. Cant. 2. 14
Oratione oravit. Jacob. 5. 17.

T A U T O L O G. IV.

Psalm. 20. v. 7. *Latifcabis eum in gaudio; Saepesapius eadem.*
Gaudete cum ea gaudio. Isai. 66. 10.
Gaudens gaudebo. Ibid. 61. 10.
Gaudio gaudet. Ioann. 3. 29.
In omni gaudio quo gaudemus. 1. Thess. 3. 9.
Exultavit in gaudio. Luc. 1. 44.
Gaudebit latitia. Sophon. 3. 17.
Exultabit latitanda. Isai. 35. 2.
Exultatione exultabunt. Psalm. 131. 16.
Gaudium & latitiam. Psalm. 50. 10. Sa- pient. 8. 16. Isai. 35. 10. 51. 3. & 11.
Ierem. 15. 16.

T A U T O L O G. V.

Psalm. 39. v. 2. *Expectans expectavi.*
Expectatio creatura revelationem Dei ex- pectat. Rom. 8. 19.
Secundum expectationem & spem. Philipp. 1. 20.
Confidebat cum omni spe. 2. Mach. 15. 7.
Expectatio praestolantis. Prov. 17. 8.
Concupiscit & desiderat. Ibid. 21. 26.
Concupierunt concupiscentiam. Psalm. 105. 14.
Concupisvit anima mea desiderare. Idid. 118. 20.
Desiderio desideravi. Luc. 22. 15.

B A P T I S

Baptis

Apparatus Tautologiarum.

Baptismo habeo baptizari. Ibid. 12.50. & Marc. 10.38.39.

TAUTOLOG. VI.

Pfalm. 46.v.9. *Deus sedet super sedem sanctam suam.*

Illis sederunt sedes in iudicio. Pfal. 121.5. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue.* Matth. 19.28.

Supra sedem sedens. Apoc. 4.2. *Sedens in sedibus suis.* Ibid. 11.16.

TAUTOLOG. VII.

Pfalm. 63.v.7. *Defecerunt scrutantes scrutatio.*

Cogito cogitationes. Ierem. 18.11. 18.29. 11.49.30.50.45.

Cogitabis cogitationem. Ezech. 38.10.

TAUTOLOG. VIII.

Pfalm. 117.v.11. *Circumdantes circumdederunt me.*

Gyro wallabat abyssos. Prov. 8.27.

Gyram calli circumici sola. Eccli. 24.8.

Circuitat in circuitu. Marc. 6.6.

Circuit per gyrum. Iudith. 7.6.

Gyrat & stetit. Eccl. 1.6.

Circundabunt te vallo. Luc. 19.43.

In modum corona cingebant. 1. Reg. 23.26.

TAUTOLOG. IX.

Pfalm. 125.v.6. *Venientes venient.*

Veniens veniet. Habac. 2.3.

Qui venturus veniet. Hebr. 10.37.

Appropinquerunt & accesserunt. Mai. 4.5.

Solicitudine non pigri. Rom. 12.11.

TAUTOLOG. X.

Eccle. 3.v.2. *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est.*

Evellam evulsionem. Ierem. 12.17.

Dispersione dispersi. Iudith. 5.23.

Plantabunt plantantes. Ierem. 31.5.

Plantabis plantationem. Isai. 17.10.

Plantabo & non evellam. Ierem. 24.6. 42.10.

Omnis plantatio, quam non plantavit, &c. Matth. 15.13.

PARATITLA DIDASCALIARUM

TOMI SEPTIMI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Homo natus de muliere. Fol. 1.

AUTHORITATIS PERIPHRAISIS.

- Homo natus de muliere.* Quis non? Qui qui ex Deo feliciter nati sunt. Non fit sermo de necessitate, sed de electione; quippe in esse morali iuxta affectus sunt naturae. In novam originem vocati sunt perfectione Religiosi: ut perfecti, dicuntur filij mulieris, qui iure debent esse Religionis.
- Homo natus de muliere.* Lividus sane non homo: quippe natus ex inferno.
- Homo natus de muliere;* ut rationalitas conset ex observantia legis, atque sequela rationis: igitur cuius vita continuata fluitio, natus ex diabolo.
- Homo natus de muliere.* Elucet cunctarum hominis calamitatum origo; & quibus peccatorum cognoscitur, quid sit homo.
- Homo natus de muliere.* Exponitur natura, ut demonstraretur gratia: igitur huius celesti generatione, homo qui natus, quasi natus non esset de muliere.
- Homo natus de muliere.* Dum designatur necessarium suppositum; in partu prenotatur aliquid novum prodigium (cum novam naturae nullo modo sit opus, quod homo ex muliere natus) diciturque meditante, *Homo natus de muliere;* quoniam futurus in mundo, qui nasceretur ex Virgine.
- Homo natus de muliere repletur & multis à conceptione miseris;* Virgo sane singularis, vel à primo momento conceptionis: igitur in miseris humanae conditionis non concepta, licet ex muliere nata.
- Homo natus Filius de muliere.* Minime vox pleonasmii, erga protectionem hominis à Matre-Virgine: etenim meditante dicitur *Filius natus de muliere;* quia à Virgine homo cognoscitur filius, licet ex illa non natus.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuri sunt, & non alius. Fol. 76.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

- Ego ipse, & non alius,* ut è sepulchro in gloriam surrexit Christus: cuius triumphum secutus est homo, & humana con-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Multi ad perfectionem in Religione vocati: ceterum pauci in Religione perfecti.* Fol. 24.

DIDASC. 2. *Potius, vivere cum hostibus, quam cum invidis.* Fol. 29.

DIDASC. 3. *Homo peccator non homo, sed damnatus.* Fol. 36.

DIDASC. 4. *Quanta anima trepidatio, qualis exitus in exitu!* Fol. 43.

DIDASC. 5. *Dei gratia ultra cuncta bona.* Fol. 50.

DIDASC. 6. *Elucet in Christi natiuitate stadia amoris divini.* Fol. 56.

DIDASC. 7. *Pura Virginis conceptio est, ut Aurora & Luna & Sol.* Fol. 63.

DIDASC. 8. *Clarius encomium Mariae, quod mater misericordiae.* Fol. 71.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Homines florent Phoenices, & Resurrectione Salvatoris.* Fol. 26.

Paratitla Didascaliarum.

- ditio; quæ alia, & ipsa: ipsa, sed alia: etenim gratia Salvatoris, & gloria reclar-
gentis, faulle mutatur conditionis for-
ma: sed non mutatur natura.
2. *Ipsè & non alius.* Delectantis peniten-
tiam exponitur pravum pectus; cuius in-
tentio damnatio: igitur dum volat tem-
pus, & cupit e se criminum penitentie
alias; dilata usque in mortem conditione,
numquam alius, semper ipse.
3. *Ipsè & non alius.* Quorū necessarius
terminus? Ut eluceat alius se peccator,
dum animam percussit scelerum acer dol-
or: equidem mutatione penitentie, in
conditione manet alius & ipse.
4. *Ipsè & non alius.* Est amicitia celestis,
dum gloriæ refurgit corpus; ut in mando
vera fides non creditur, etiam dum ar-
dior exponitur: igitur vel in gloria, qui
gloriat uti amicus; quoad amicitie si-
dem, ipse non ipse, sed alius.
5. *Ipsè & non alius.* Quorū non alius; si
alius nequit esse, qui constat ipse: Po-
test ipse, ipsum non esse affectionis pra-
vitate; eodē non ipse sit, qui ipse ma-
ner extra se: ipseque dici potest & ipse &
alius; quippequam mente & affectione fa-
riosus.
6. *Ipsè & non alius.* Signat hominis enti-
tatem, & simul hominis conditionem.
Est homo ipse, illustratus ratione: non
ipse, homo sine mente: & dum patriæ
& non rationis dominatur affectus; co-
gnoscitur ipse, & alius: igitur ipse non
est; qui phrenetico amore furens extra
mentem sit.
7. *Ipsè & non alius.* Ambicio simulat calli-
de conditionem, dum præsentis iuxta vo-
tum possibilem dignitatem. Ipse est, &
alius, si obtigerit munus: equidem quæ
videbatur ad speciem commendabilis mo-
destia; dum fungitur munere, insolentie
summæ conspicitur arrogantia.
8. *Ipsè & non alius* (corpore & animâ in
ordine ad gloriam) obijcit Iobus. Ac
Iesus in ordine ad gratiam etiam Gertrude,
est ipse & alius: igitur eximij amoris ve-
hementi efficacitate, & diversum & unum
est cor utriusque.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Voce mea ad Dominum clamavi. Fol. 142.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Voce mea ad Dominum.* An aliter? Et fe-
licius si fit corde. Ex operibus intra clau-
stra, vocatio cognoscitur falsa, aut ve-

83;

DIDASC. 2. *Penitentia tarda omnino pe-
riculosa.* Fol. 100.

DIDASC. 3. *Quem penitet peccasse, pend est
innocens.* Fol. 106.

DIDASC. 4. *Inter homines amicitia, vel
nulla, vel falsa.* Fol. 111.

DIDASC. 5. *Affectio prava, statim dolosa.*
Fol. 116.

DIDASC. 6. *Patria amor, non amor; sed
Furor.* Fol. 121.

DIDASC. 7. *Nonnumquam pravus qui è ser-
vitate dominus.* Fol. 127.

DIDASC. 8. *Catena mirabiles queis Iesus
tractus in pectus Gertrudis.* Fol. 135.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Æterna felicitatis periculum, in
statu perfectionis pigris Religiosorum.*
Fol. 161.

Paratitla Didascaliarum.

- ra: non enim veniunt ad Dominum ve-
ritate, qui venerint tantum voce.
2. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exau-
divit me.* Oratio decora: quæ quidem à
Domino exaudita, non quia voce clamor;
sed quia facta voce mea: quo indicatur
affectio orantis, in fructum optabilem ora-
tionis: igitur in oratione non orat, qui vo-
ce dumtaxat clamat.
3. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Quorū
si voce, Mea: Quippe clamabar ad Domi-
num eius prædicans præceptum. Haud exau-
ditur à populo, si modò à sola voce esse
fermo: equidem hic vocem dumtaxat au-
dit virtutis; quæ est in vita prædicantis.
4. *Voce mea ad Dominum clamavi:* tan-
tū à Domino auditus, quia clamor ex vo-
ce eius. Est discrimen inter vocem homi-
nis, & Domini vocem. Illa habet vir-
tutem vocis: hæc autem vocem virtutis:
equidem vox eius ad universos extenditur,
etiam dum singulis loquitur.
5. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exau-
divit me.* Iuxta vocis excellentiam est cla-
mor vocis in gratiam. Voce clamatur, &
exauditur. Est alius nobilior clamor, &
orationis singularis honor: igitur exauditur
promptè Scholastica à Numine dum cla-
maret sine voce.
6. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Unde
nisi ex voce clamor, ut possit à Domi-
no exaudiri cordis, ardore flagrantis, dol-
or? Est alia ex amore lingua, qua clamant,
audito Domino, corda, in vocem laudis,
laudis vocibus auditis; & gaudium vox si-
ne voce demonstrat: diciturque, quod vox
clamat; quippequam cor Augustini mori-
bus clamatur pro voce.
7. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exau-
divit me.* Claret, quando in salutatione
Angelica, à Virgine oratio audita, & non
exaudita. Exauditur vox clamantis, & non
tantum clamor vocis: clamantisque vox
auditur, dum voce & corde ros Virgo
coronatur; quoniam qui non devotè cum
flosculis clamat Virgini; non salutatur, ve-
rùm clamat sine voce: equidem ab ipsa
exaudiri nequit, quod etiam vocem in cla-
morem non habet.
8. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Ita dum
vallatur hoste? In militia est clamor cer-
taminis, & vox cordis. Utrumque tenet
Raymundus, dum ab illo faulle dicitur
exercitus: ex quo utriusque militiæ splen-
dor: voxque exprimitur singillatim atque
clamor; quia ex orationis voce, & arden-
tissimo pectore, audiebatur in Regia cla-
mor victoriz.

DIDASC. 2. *In Choro vox mentis est forma
vocis.* Fol. 171.

DIDASC. 3. *In predicatione vox Christi
est virtus Predicatoris.* Fol. 178.

DIDASC. 4. *Vox Dei mirabilis, sed mira-
bilior vox vocis.* Fol. 184.

DIDASC. 5. *Lachryma pondera vocis ha-
bent.* Fol. 191.

DIDASC. 6. *Cordis Augustini flamma uni-
versa mirabilia.* Fol. 201.

DIDASC. 7. *Orbis Catholici scusa & arma
Maria Salutatio Angelica.* Fol. 212.

DIDASC. 8. *Novæ Raymundi vexilla in no-
va bella.* Fol. 219.

Paratitla Didascaliarum.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Letificabis cum in gaudio cum vultu tuo. Fol. 227.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Letificabis in gaudio.* Ex materia gaudij ostenditur forma. Sublimior gaudij forma ex contraria materia: etenim planè uti novum, gaudium sublimius ubi provenit ex penis, atque vulneribus.
2. *Letificabis in gaudio.* Virtus Martyrum signatur, dum tormentis vita tollitur: igitur ita appetunt pro Christo pati, & pro illo avidissime mori; non habeant aliud gaudium, nisi gaudium tormentorum.
3. *Letificabis in gaudio.* & etiam nascente Virgine in cordolio: igitur primi parentes transgressionis expulerunt mœrorem; simulque filia Virginitatis præcuerunt nativitatem.
4. *Letificabis in gaudio cum vultu tuo.* Est gloria pœnæ? Etiam gaudium in mœrore. Deficit gaudij species, sed non forma. Semper gaudium est, sed non semper in læticia: diciturque *cum vultu* Deitatis, ex gaudio lætitiæ in cœlo; quippequàm in mundo est lætitiæ sine gaudio: siquidem eorum exultatione mirè repletur pectus, qui feliciter gloriantur inventis tribulationibus.
5. *Letificabis in gaudio.* Lætificat etiam afflictio, qua premitur anima, ut liberetur à culpa: diciturque lætitiâ gaudere, quippe est gaudium ex dolore; igitur cum dolor animam ab ægritudine liberet; non doluisse, non gauderet.
6. *Letificabis in gaudio.* Non semper cum lætitiâ gaudium est; ut in illis videtur, quorum venus icit cor, sagittis voluptatis; sed sagittis: quandoquidem quæ plaudunt, & dicunt gaudia sunt cordis vulnera.
7. *Letificabis in gaudio.* Sine lætitiâ potest esse gaudium, quia non plenum. Patet in Christi amantis nativitate, qua gaudia mixta dolori: gaudet enim, quia in effusionem sanguinis Salvator nascitur: & simul doler, quia nomine Salvatoris non laxit, priusquam circumcideretur.
8. *Letificabis in gaudio cum vultu tuo.* Ex vultu Dei est gloria, qua in gaudio summa lætitiâ. Ex Dei profectò absentia tristat anima. In anima Theresiæ variantur effectus, sive lateat, sive pateat Nominis vultus: etenim niro amoris ingenio, absentia gloriæ habet gloriam; ac in gaudio habet tristitiam.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Stephani pugna, gloriosissima victoria.* Fol. 240.

DIDASC. 2. *Martyrum pœna, vel in cruciatibus gaudia.* Fol. 245.

DIDASC. 3. *Nomen Virginis-Matris tutamen humani generis.* Fol. 252.

DIDASC. 4. *Gloria & pœna comites in Christi Schola.* Fol. 258.

DIDASC. 5. *Vulnerum anime medicina, vulnera.* Fol. 263.

DIDASC. 6. *O quam inimica sunt nobis vicia nostra!* Fol. 268.

DIDASC. 7. *Unde ex circumcissione infantis, excellentia nominis Salvatoris?* Fol. 273.

DIDASC. 8. *Ex gaudio doler Theresia, atque gaudium ex dolore.* Fol. 281.

TAU-

Paratitla Didascaliarum.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Expectans expectavi Dominum. Fol. 288.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Expectans expectavi.* Quid novi demonstrat hæcine Tautologia? Quod mirabiliter visum in Deipara, singulari virginitate materna, mundo incognita. Expectabat partum prolis, ut claret prodigium Virginis-Matris. Gaudebat, & expectabat; quippequàm feliciter, quod expectabat, habebat.
2. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.* Expectabat Maria, quid ageretur de verbi incarnatione: & sibi nil expectando, iurè dicit: *Dominus intendit mihi*; quia illi & soli Dominus contulit privilegium, quod haberet uterque communem filium.
3. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi. Sustinens, sustinui.* Pœna animarum in Purgatorio exponitur, quando gloria cœlestis expectatur: igitur etsi à Domino sperent optatam gloriam; nesciunt tamen quando laturus remissionis gratiam.
4. *Expectans expectavi Dominum.* Id est, diu. Mira proponuntur, erga divini amoris ingenium. Mirum, quod pronus in benevolentiam, expectaretur in gratiam: sed magis mirum quod ut homo æger salutem obtineret; illum diu Dominus expectatione expectaret.
5. *Expectans expectavi Dominum.* Iacobi Apostoli cognoscimus plausum. Mors Domini ab illo expectatur, ut sequeretur. Alios expectans non expectavit: primus omnium in Domini obsequium, calicem bibit; & quia primus proprio sanguine firmiter scripsit fidem; throni à dextris Redemptoris, gloriosam obtinuit sedem.
6. *Expectans expectavi Dominum.* Eius exponitur martyrium & desiderium expectaturque expectatio, ubi studet toto pectore martyrio; quippequàm martyrium habuit in decus religionis singulare, ex martyrij expectatione.
7. *Expectans expectavi.* Ex præsentis geminata sententiâ, liquet quàm falsa sit mundi gloria. Non illius expectatur expectatio, sed quod concipitur voto: & in gloria mundi quod habetur expectatur, ut nulla confideretur: igitur ita præterit ut vana; quod præsentis & ad votum desideretur præsentia.
8. *Expectans expectavi.* Defectus demonstratur iustitiæ, in expectationis prolacæ gemina-

DIDASC. 1. *Felix in Expectatione Virginis eorum, continens exclusum gaudium.* Fol. 308.

DIDASC. 2. *Quam insignior gratia in Maria virginitate fecunda?* Fol. 313.

DIDASC. 3. *Spes, que differtur affligit animam.* Fol. 318.

DIDASC. 4. *Tanto plus laudatur Medicus, quanto plus desperatur egrotus.* Fol. 324.

DIDASC. 5. *Iacobi Apostoli celsitas, magna Hispanerum felicitas.* Fol. 330.

DIDASC. 6. *Martyrium Ioannis sub tyrannide amoris.* Fol. 340.

DIDASC. 7. *Mundi gloria, gloria mundi.* Fol. 348.

DIDASC. 8. *Nibil aquæ amarum, quàm diâ pendere.* Fol. 355.

Paratitla Didascaliarum.

minatione. Cause discutienda iuxta leges, proponuntur Iudicibus; verum per tempus & tempus clauduntur in tribunalibus. Unde nonnumquam expectatur expectatio; quippe nulla, vel tarda cause expeditio.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Deus sedet super sedem sanctam suam. Fol. 361.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Sedet super sedem sanctam suam.* Dominus Iesus, ad dexteram Patris: *Suam*, de nulloque alio sedente in cælo, propria dicitur sedes; quoniam cunctorum gloria sedentium in throno felicitatis, ex virtute dumtaxat elevati super cælos Salvatoris.
2. *Sedet super sedem.* Videtur necessarium. Aliter fiet ex regimine iudicium. Non obtinetur in munere, quod naturale ex sedis suppositione: etenim quisquis propter ministerium, curam habet animarum: sedem habet, sed non sedet.
3. *Sedet super sedem.* Innuitur vigilantia præsidis integritas, & simul pravorum subditorum otiositas, & curiositati innata malignitas: siquidem ille sedem habet, & non sedet; & hi sedent, & sedem non habent quoniam regunt, dum reguntur, ducti curiositate, qui nequeunt regi.
4. *Sedet super sedem sanctam suam.* Si sua & alij sedent; sedes erit, sed non sua. Sanctæ congruit Prælato sedere in solio: sedesque signatur sedenti in celsitudine throni; quippe non alius, nisi qui sedem habet, debet sedere: alioquin qui extendit gratiam; quamvis sedeat, non sedet super sedem sanctam suam.
5. *Sedet super sedem sanctam suam.* Sedes indicat potestatem in maiestate regiminis. Sedens in sede, ministerium in regimine potestatis. Si simul unita, sedes sedentis profectò sancta: textusque sedentem & super sedem designat; quippe super sedem non sedet, qui sedet tantum ut sedeat.
6. *Sedet super sedem.* Quippini, *sedet in sede*; sed *super*: Sedet in sede, quantum respicit sedis maiestatis fastum. *Super sedem*, qui sedem habet in amorem subditorum: & dicitur *super sedem*, dum sedis Superioris exponitur auctoritatem; quoniam ultra excellentiam sedis præ maiestate, qui in maiestate sedis subditos regit amore.
7. *Sedet super sedem.* Quis non? Quisquis desiderat plus. Super sedem sancte sedet, qui præsentem honore gaudet: at qui fovet am-

bitionem

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Sedes hominum gloria ex Christi gloriosa sede.* Fol. 380.

DIDASC. 2. *Alienum regimen; suum gratiam.* Fol. 386.

DIDASC. 3. *Sapè à pravis afficitur dedecore, qui plaudendus in honore.* Fol. 393.

DIDASC. 4. *Nimis suspiciosa, nimia in subditos indulgentia.* Fol. 400.

DIDASC. 5. *Non dignitas in honore; bonæ sine potestate.* Fol. 406.

DIDASC. 6. *Principi inexcusable morbum mentum amor civium.* Fol. 415.

DIDASC. 7. *Numrari culpe nequeunt, quæ amore habenda potestatis perpetrantur.* Fol. 421.

Paratitla Didascaliarum.

bitionem insatiabilem, sed nullatenus super sedem: etenim in ipsa dignitate possessa, super se sem sedens quærit aliquid supra.

8. *Sedet super sedem sanctam suam. Super sedem condignam.* Non sedes condigna, si sedentis nulla merita; quippe sedes, sed non sua. Unde qui fulget meritorum maiestate, sed splendore in sede; igitur indignus throno, minimè sedet, sed sedendo cadit.

DIDASC. 8. *Rektor indignus dignitatis decore.* Fol. 428.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Defecerunt scrutantes scrutinio. Fol. 434.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* In iterata voce facit moles invidiæ. Scrutinium est curiositas scrutari: eius malignitas. Cæret sanè vita crimine, ubi opus scrutatione: lividique deficient, non invento ullo peccato; quod curiose, atque malignè scrutantur scrutinio.
2. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Qui scrutator maiestatis, opprimetur à gloria. Non intelliguntur mytheria divina hominis intelligentia. Ita in studio deficit; & scrutatione deficit quoniam ubi videntur intelligentiæ contraria, explorantur sublimiora.
3. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quod inimicis accidit erga peccatum; quo inventa admirabilis dilectio. Unde deficient scrutantes scrutinio; quoniam minimè valent eminentem cognoscere charitatem, cuius excellentia ultra humanam progreditur cognitionem.
4. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quid sit Eucharistia Sacramentum, quærit audax ingenium curiosum; cum non videatur ingenio curiositatis, sed clausis oculis: deficientque scrutantes scrutinio, qui intelligere conantur, quid, & quomodo; quoniam non intelligitur scrutatione ingenij, sed ingeniosiore Fide.
5. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Persecutio indicatur ex dignitate insolentis; & etiam legibus adversus leges, insolentiæ fautores, quos pellicit in præcipitium utilitas; ut sine causa embolijs concinnent causas. Scrutatores deficient, sed propositum defendunt: igitur ita munera scrutantes obsecant; ut in illo scrutinio permanent, quamvis deficient.
6. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quodnam scrutinium scrutantium? Scrutantes scrutinio! Dicit signanter Propheeta de malignantium conventu: de multitudinis operantium iniquitatem, qui quærent iuxta mores Super-

perio;

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Summa livoris malignitas, esse curiositas & crudelitas.* Fol. 451.

DIDASC. 2. *Summa felicitas homini, ex Christi natiuitate.* Fol. 458.

DIDASC. 3. *Scrutinium amoris, rationis non scrutinium.* Fol. 465.

DIDASC. 4. *Eucharistia Sacramentum verè nerandum, non discutiendum.* Fol. 471.

DIDASC. 5. *Mala nonnumquam causa Præconi pessimi.* Fol. 479.

DIDASC. 6. *Maior subditis sollicitudo de legibus rectore, quam de lege.* Fol. 488.

Paratitla Didascaliarum.

periores; indulgentem corruptelæ, faventem relaxationi: & scrutinio scrutantes, quis exibat ex suffragij electionis; si perfectum, incorruptum in dignitate præstant; in ipsa curiosa seruatione deficiunt;

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Circumdantes circumdederunt me. Fol. 495.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

- Circumdantes circumdederunt.* Quis circundas non circumdat? Quisquis amore, etiam offensus, flagellat. Circumdans circumdat iustitia, quin concedat effugium; amor sine circuitu circuit, relinquens exitum. Circuitus est, ut peccator supplicium non evadat: iustitiaque Dei, ut convertatur, sine circuitu circumdat; quippe qui in plebæens calligat amore, sed armis ad speciem, sub velamine iustitiæ.
- Circumdantes circumdederunt.* Affligentes afflicerunt. Nil mirum, si affligat afflictio: & afflictionis demonstratur geminatio; ut eluceat Dei pietas, per pœnas sceleratis immitas: quæ quidem à Deo vindicæ peccatoribus inferentes dolorem; affligunt pariter vindicem; etenim vulneribus inflicta ita percussur, ut ipsi afflictionibus præ dilectione affligatur.
- Circumdantes circumdederunt.* Iteratur circuitus, ut demonstretur è laqueis peccatorum impossibile exitus. Follitur demonum cogitatio, Virginis patrocinio. Homines circumdantes circumdederunt, sed fuit effugium, ita ut oppressi evaserint; quasi in clusione minime circumdeditent: igitur peccatorem Matrem Virginem, à servitute miserina obtinuerunt libertatem.
- Circumdantes circumdederunt.* Circumdat peccatum; sed cognito errore, desinquens habet effugium: verum cum peccati consuetudine, circumdat circumdatione; quippe cum gravatus haud valeat transire vallum in penitentiam nullatenus habet exitum.
- Circumdantes circumdederunt,* quasi antena non haberet, quæ exeat; dum eius hostium exercitus circumdatione circumdat. Verum fallitur, ubi Eucharistia coram oculis habetur: animaque circumdatione obsessa non circumdata; quippe quàm in effugium, videt (ut exeat liber) Eucharistia Sacramentum.
- Circumdantes circumdederunt me* lanceis suis in vulnus; dei in cruce Christus: iter circumdatum in eius passione, Virginis transigitur pectus: igitur Christus lancea vulneratur dita; verum ipsa Mater; filij vulneribus vulnerata.

DIDASCALLARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Ad conversionem cordium est necessarium charitatis ingenium.* Fol. 532.

DIDASC. 2. *Se regnat amor, de dilecti doloribus sumamus dolor.* Fol. 547.

DIDASC. 3. *Quanta potestas Virginis amoris Matris!* Fol. 552.

DIDASC. 4. *Pessimam ingredi, unde labor ingredi.* Fol. 560.

DIDASC. 5. *Validius in vobis anima, sanam mentem Eucharistia.* Fol. 568.

DIDASC. 6. *Virgo iuxta crucem passa in carā pere, quod Christus passus in cruce.* Fol. 575.

Paratitla Didascaliarum.

TAUTOLOGIA NONA.

Venientes venient. Fol. 581.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALLARUM SYNOPSIS.

- Venientes venient.* Id est, tandem tandem venient. In phialautia nec spes: etenim cum caeca sit; nunquam veniet in cognitionem erroris, quia semper diligit originem cecitatis.
- Venientes venient.* Aliquod latet venerabile fidei arcum, dum exprimitur suppositum. Sunt qui non venientes veniant: Sane, per Naminis misericordiam gratiam. Sunt infantes Innocentes, quos sustulit Rex Herodes: etenim illa in ætate, Salvatoris exponentes testimonium; venerunt non venientes ad martyrium.
- Venientes venient,* qui socij Francisci Pauli, calcato equore. Cum magistro venerunt in littora, ut venirent Siciliam ex Calabria. Non veniant venientes: dicunt nautæ. Imò perveniunt: igitur super aquas extendit passum, atque venientes pervenerunt in portum.
- Venientes venient, & cum exultatione;* mirabili virtute & potestate magistri. Exultatio ex felicissimo adventu; sed inter tot virtutes fugit cognitio: igitur cognoscentes ignorabant, per quàm illorum venientes per vastum mare veniebant.
- Venientes venient;* nautæ tractum velint, nolint: & super aquas, quantumvis illorum obset improbitas: siquidem Francisci mirifica humilitas, sociorum corpora, vel in mari sine pondere.
- Venientes venient:* id est, tandem tandem veniant. Ita recessit Gentilitas erroribus caeca, ut nunquam in lucem veritatis iudicaretur ventura. Gratia cecitati prevaluit, oculos aperuit, lucem vidit, errores cognovit: & ut Solis cognoverunt in terra nativitatem; statim Gentilites ab Oriente venerunt, in eius adorationem.
- Venientes venient, & cum exultatione.* Gaudium necessarium in adventum? Ut sit correctio est necessaria exultatio; qua cognoscitur corrigentis animus, & simul læsi sapienter sanatur vulnus. Quis enim ad illum non venit veniendo? Quisquis venerit, & non venerit cum gaudio: etenim si gaudium ex correctionis modo; sine modo, qui veniunt, nequaquam veniunt, sed venientes fugiunt.
- Venientes venient.* Quid novum? Multoties venientes in adventu resiliunt. Subditi male morati, dum ad prædium veniunt,

DIDASC. 1. *Proprij amoris presumptiones sent cerebri vacuitates.* Fol. 599.

DIDASC. 2. *Ex SS. Innocentium sanguine lacteo claruit nati vitas Salvatoris in mundo.* Fol. 606.

DIDASC. 3. *Francisci Paulani vita, miraculum, & miracula.* Fol. 611.

DIDASC. 4. *Elevationis corporis Francisci super aquas, origo & charitas, & humilitas.* Fol. 618.

DIDASC. 5. *Humilitas constituit Franciscum super equora excelsum, quia se reduxit ad nihilum.* Fol. 624.

DIDASC. 6. *Unde Gentilitas illuminata surarexit, inde Synagoga corruit.* Fol. 631.

DIDASC. 7. *Error sine modo medicina, non medicina, sed plaga.* Fol. 638.

DIDASC. 8. *Apud improbos semper male audit, qui ad leges premit.* Fol. 645.

non veniunt subditi: receduntque venientes, cupientes esse Superiorum superiores. Veniunt à se lactati: cum exultatione. Vident prædes studere integritati: & sine exultatione venientes fugiunt, præfentes absunt; quippequam non placet subditis improbis, vivere Superiores iuxta leges.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est. Fol. 653.

UUCTORITATIS PERIPHERASIS.

DIDASCALLARUM SYNOPSIS.

1. Tempus evellendi quod plantatum est. Datur evulsio sine plantatione, ubi species virtutis quarritur tantum specie. Virtus in statu Monachorum nobile germen. Si peccatus haudquaquam dicitur in virtutem; extra eius perfectionis propositum, germen evulsium, quod non plantatum: equidem quod ad speciem tantummodo floruit, priusquam evelleretur exaruit.

DIDASC. 1. Conversatio secularis Monacho peccati. Fol. 672.

2. Tempus evellendi quod plantatum est. Opposita exponuntur, ut conciliantur in animo: plantatio scilicet, & evulsio: in amantem virtutis, & exitium corruptionis: igitur vitium evellitur, ubi supplicium in medicina plantatur.

DIDASC. 2. Vulnerum visitorum medicamina infirmitate. Fol. 678.

3. Tempus evellendi quod plantatum est. Exigit hostilitas ab inimicorum agro spiritus evellere gratias. In huiusmodi facinus numquam debet esse tempus: quando quidem crescit splendor gratiarum, & benefactoris meritum; si quod semel plantatum, numquam evulsium.

DIDASC. 3. Minime ableganda gratia est interveniat iniuria. Fol. 683.

4. Tempus evellendi quod plantatum est. Terribilis sanè peccatoribus vox, quorum impius, pravus animus, cæcè arbitrat, numquam adventurum tempus: etenim evellet iurè iustitia, quæ in eriminum penitentiam plantavit misericordia.

DIDASC. 4. Blanda nil savius ira. Fol. 690.

5. Tempus evellendi quod plantatum est. A radice phantasie lætæ, ex plantatione iniuriæ oritur fructus; nempe, studium capæ, vel capiendæ ulcioni. Ex offensa excandescit. Datur in vindictam tempus, datur oportunitum munus. Erit tunc? Tunc est tempus evellendi, quod plantatum est: etenim studium vindictæ in adepta dignitate, evellendum è radice.

DIDASC. 5. Iniuria facilius fertur; quam inferitur. Fol. 696.

6. Tempus evellendi quod plantatum est. O homo! Satiis tempus ante tempus; ut mors sit vitalis; memoria tantum, & non entitate mortis: igitur si vita mortem meditatione concepit; ipsa antequam evellatur, vitijs omnibus exaruit.

DIDASC. 6. Egregia res est, mortem condiscere. Fol. 703.

TAU.



TAUTOLOGIA
PRIMA.

HOMO NATUS DE MULIERE.

Iob. 14. vers. 1.

EXPOSITIO LITTERÆ.



DIDICIT sententiam Iobus ex his quæ passis, clarens insigni virtute, ipsa conditione fragilitatis teste, & comite. Laudibus effert Chrysofostomus in Homil. de Iobo, certamina encomijs ac translatione digna; quod sequitur Sanctius & Pined. Prefat. in Iob. sed præstat exhibere Stoicum, Deo similem virum fortem studiosè plaudentem; ut iurè placdat, quem in plausum tantum fixerat, libel. de Pro. vid. ac de Constant. sapientis, quem Dialogi de Fortitudin. imitatus est Petrarcha. Ex quo ergo (inquit Senec. Epist. 120.) virtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo eius & decor & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa beata vita, secundo desluens cursu, arbitrij sui tota. Numquam virille perfectus, adeptusque virtutem, fortuna maledixit: numquam accidentia tristis excepit: se militem credens, labores velut imperator subiit. Quicquid inciderat, non tamquam malum aspernatus est, & in se casu delatum; sed quasi delegatum sibi. Hoc qualescumque est, inquit, meum est: asperum est, durum est, in ipsum navemus operam. Necessariè itaque magnus apparuit, qui numquam malis ingemuit, numquam de fato suo quæstus est: fecit multis intellectum sui; & non aliter quam in tenebris lumen effulsit: advertitque in se omnium animos; cum esset placidus & lenis, & humanis divini que rebus pariter æquus. Habebat perfectum animum, ad summam sui adductus, supra quam nihil est, nisi mens Dei, ex qua pars & in hoc peccatus mortale desluxit; quod numquam magis divinum est, quam ubi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem, ut vitæ defungeretur: nec domum esse hoc corpus, sed hospitium & hoc breve quod relinquendum est, ubi te gravem esse hospiti videas. Non videmus, quam multa nos incommoda exagitant, quam male nobis conveniat hoc corpus? Hæc insignia virtutis & summæ; sed quod in homine magnoperè commendabile, quippe Natus de muliere.

2. Perfectè namque virtus floret, si à principio agente ad agendum virtus deficit. Speciosus nascitur, quia sic moritur. Nihil vir sine virtute; sed pravelet, dum valet ex ipsa fragilitate: igitur sese obijcit virilitate hominem, etiam adversus originem. Homo natus de muliere. Fortis (fortuna læva urgente tot volvere casus, tot subire labores, insignem pietate virum) cum esset vir; quasi non eiset, se dixit hominem, ut exprimeret in ardua fertilitate, uti à ventre matris vulneratam virtutem. Homo natus

Lau Iob.

Quis est quid vir fortis?

Seneca

Mulier pro fragilitate natus

A

Tom. VII. Taut.